

Nauarri, & Malderi apud Dianam supra & Cardinalem Lugo num. 51. quibus addi potest esse quidem fructum rei alienae, sed voluntariae ipsi Pratori, & sic quodammodo suae, unde ad industriam videtur spectare, per quam tale est officium constitutum.

De obligatio restitu- tionis ra- tione ab- sentia lon- gioris.

29 Ex huiusmodi autem Vicariorum designatione aliud soler conscientiae grauem emergere, quod scilicet Praetores suas deserentes Prouincias, ad ciuitates diuertunt, vt orientur ibi, aut verò etiam negotientur, idque per dies plures, salario nihilominus integro potentes. Quod quidem si per dies paucos accideret, posset quidem tolerari, vt si ad festum aliquod, vel quid simile, etiam si ad eorum pertineret commodum; talis enim absentia pro praesentia reputari potest, quia sic in iure disponitur. L. Quidquid Insti. de regulis iuris: ideoque breui reuerſa mulier, nec diuertisse videtur. Si autem absentia diuturna sit, non videtur quomodo iustificari possit, & salarium plenè leuari cessante labore, cui illud responderet, nec potest fieri satis ex eo quod per Vicarium cura huiusmodi suppleatur: non enim Vicario, sed illi officium traditum est, & consequenter cura eidem annexa: cuius & est pro eo electo industria; pro quo videnda quae in simili adducit Dom. Solorzanus lib. 2. cap. 25. num. 23. & seq. Cum etiam debeat super suo vigilare Vicario, attendens an rectè suo fungatur munere, an Parochij in iis, quae ad fidem promouendam spectant, opportuna tribuantur auxilia, an ebrietati fomenta multiplicatis tabernis ministrentur. Quae quidem indubitata sunt, unde & proculdubio asserendum in absentis talibus grauius & cum restituendi salarii obligatione peccari, & pro comprobatione stat. praeterea Pragmatica Regia Matrini edita 7. Februarij. Ann. 1535. Carolo Quinto regnante, de qua Auiles cap. 1. Praetor. verbo salario, num. 12. P. Fragosus Tomo 1. pag. 421. num. 63. in qua ex causa iusta sit copia Praetoribus absentandi se per 90. dies: quod si amplius abfuerint, non habendos pro talibus. Adduntque quod si Rectores ciuitatis faciant facultatem se absentandi Correctori ultra illud tempus 90. dierum, non lucrabitur salarium, si absit ultra illos dies: poterit tamen salarium à Rectores repetere. Pro quo auctores videndi apud eosdem. Addit tamen P. Fragosus num. 64. ante sententiam non esse priuandum salario, quia lex est poenalis, quae ad obligandum requirit sententiam saltem criminis declaratoria. Pro quo Auctores congerit, & est sanè receptissima sententia. Verum non video quomodo id consonet dictis ab eodem, num. 61. iuxta irrefragabilem Doctorum sensum, quos ibidem allegat, & textus Iuris expressos, quod scilicet salarium non debetur Officiali, seu Iudici, pro tempore, quo non seruit, Ac proinde, si quid accipiat, non poterit remittere. Quae sunt Citati Auctoris verba; ergo ante omnem sententiam obligatio restitutionis perstat: sicut in operario quolibet, cum merces labori respondeat: & P. Molina, ac P. Sancius quos ille citat de poena amissionis officiorum loquuntur, non de salario, vt videri potest apud illum disput. 96. Ver. Quod dictum est. & hinc lib. 2. Operis moralis Cap. 22. num. 20.

Ex Regia Pragmatica qua specialis obligatio.

P. Fragosus doctrina non conueniens.

nisi forte salarij poena imponatur illi, qui fertur, tunc enim alia ratio est. Cum ergo Doctores allegati, à citato Auctore in eo sensu loquantur, iuxta eundem est etiam ille accipiendus, vt eius sibi constare doctrina possit & ex dictis constat non esse exculationem sufficientem si dicatur Praetorem absentem per Vicarium seruire, nam in casu, de quo Pragmatica loquitur, manifestum est ciuitatem non relinquendam sine aliquo, qui locum Praetoris teneat, & tamen salarij & officij amissione puniatur.

30 Est insuper aliud, in quod conscientia Praetorum impingunt, dum ea, quae ad victum sibi necessaria sunt, minori pretio ab Indis extorquent, & forte aliquando nullo pretio soluto. Contra quod malum zelus Catholicorum Regum iam pridem armatus, varias pro eo amouendo schedulas expedit, vt videri potest apud Dom. Solorzanum lib. 4. cap. 2. num. 19. & 20. & in Politicâ lib. 5. cap. 2. pag. 757. col. 2. Mos enim inualuerat, vt quaedam ex iis gratis darentur, cum tamen dantibus nihil ingratus; alia minori, & quidem pro iusti medietate. Id quod & cum Parochis agebatur. Sed quia contra iustitiam, & humanitatem, ad iustitiam est & humanitatis regulas reuocatum. Per leges quidem; sed quod de necessitate dicitur, quod scilicet lege careat, id etiam de avaritia pronuntiant. Comedant ergo Praetores lautè, splendè, opiparè, & eorum mensae Regias exaequant, & multoties antecedant: si tamen vexatione Indorum est, dum pretia iusta cibariis auferuntur, diuitias, quas deuouarunt, euoment, & de ventre eorum extraher illa Deus, vt Sophor loquitur apud Job. 20. v. 15. vbi & illud Praetor quisque sibi dictum accipiat. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus v. 14. & de obligatione restitutionis adeo circa haec constat, vt superfluum omnino sit in eo probando vel paululum immorari.

Ex rebus sine pretio acceptis, aut certe viliori.

In Syndicatu quanta conscientia grauius, vana.

31 In Syndicatu alia sunt, quibus Praetorum conscientia grauius deprimuntur, dum scilicet successor in officio decessoris ad Syndicatum iudex constituitur. Cum enim exoptet ipse officij, quod auspiciatur, exitum habere felicem, id cum decessore agit, quod fecum faciendum à successore desiderat. Sic miseris Indis, quae sibi sunt debita recuperare non licet, testibus timor incutitur; omnia malefacta disparent, & sententia cum egregia Syndicatu laude profertur, ob rectè administratam iustitiam, vt dignus planè sit, quem Regia Maestas pergat maioribus muneribus honorare. Ad hoc autem eliciendum eulogium quid non agat Syndicatus? sed omnia adeo in propatulo malitiam habent, vt non sit opus illa exquisitiùs declarare. Falforum testium inductio, notissimum malum est, ad quod multa, & fere omnia huius generis reducuntur, de quibus dictum Titulo 4. Cap. 18. §. 1. & 2. Inde violata iustitia, decussata sententia, & tribunalium irreparabilis corruptela; dum omnia avaritiae imperio disponuntur. Tui sunt isti, scelerata avaritia, fructus Sancti Asterij verba sunt, homil. 3. tuo impulsu, & incertino filius parentis inimicitias denuntiat; tu complex terram latronibus, & homicidis, mare pyrris, vrbes raris, atque tumultibus, forum, ac tribunalia falsis testibus, Sycophantibus, pro-

Ex avaritia imperio, cuius fructus reuertuntur. S. Asterij.

proditoribus, aduocatis, ac iudicibus, eò propendentibus, quò tu pertraxeris. Avaritia mater inaequalitatis, immisericos, inhumana, crudelis. Haec ille, & alia, multis Indorum Praetorum adaptanda: pro quibus haec diseruisse sit satis, ad ea enim possunt quaecumque alia, quibus opprimi eorum

conscientiae solent, reuocari, unde ad alia. Vide Indicem Verb. Bene meriti Conquistores, Consilium Regium Indiarum, Officiales Regij, Officium, Prorex, Rex, Tributa, Venditio, & alia, vbi circa Praetores, & Gubernatores, Indorum multa occurrunt.

TITVLVS VII DE INDORVM COMMENDATARIIS.

Commendatarij qui dantur.



DE illis Dom. Solorzanus fusè satis, & eruditè disseruit, toto scilicet Posterioris Tomi secundo libro, & Tertio Politicâ. Quia tamen ferè omnia ad forum exterius spectant, & feudalia iura concernunt; illis relinquenda; qui forensibus causis defendendis intenti, obligationes conscientiae non attendunt, nisi secundum generalem illam rationem Iustitiae ius suum vnicique tribuentis. Nos ergo muneri vacantes nostro, & iura conscientiae ventilantes, quae circa Commendatarios occurrere eius generis possunt, non equidem multa, sed vtilia proponamus, explicatione nominis praemissa. Sunt enim Commendatarij Indorum illi, quibus ob specialia merita ius confertur, vt à certis Indorum populis, tribubus, aut familiis tributa exigere possint, quae Regi debentur, sub certis conditionibus, quales apponi in feudi concessione solent. Dicuntur autem Commendatarij, quia Indi eorum tutelae commendantur, defendendi sanè, & in Christianis moribus promouendi. Quod si faciant, confidenter poterimus eorum animas Creatori earum Omnipotenti commendare. Pro illis ergo sit

CAPVT I.

De Iuramento Fidelitatis, & aliorum, ad cuius Commendatarij praestationem obligantur.

Iuramenti eorum materia.



VRant illi ante inuestituram, seu missionem in possessionem, se fidelitatem Regi seruatiuros, & iuge obsequium in omnibus; ac pro eo, & regni defensione, ac praesertim Prouincia, in qua beneficium Commendae assecuti sunt, se aduersus omnes homines de mundo militaturos, praesertim cum equis, & armis adfuturos, quoties ad id fuerint aduocati; Circa quod

Afferio 1. Nihil onerosum in illo.

Etiana fidelitatis praerogativa.

Dico primò. Iuramentum hoc ad id obligat, quod in more positum, & iuxta probabiles opinionones, quocirca talem obligationem apud Doctores occurrunt, de quibus Dom. Solorzanus lib. 2. cap. 23. & in Politicâ lib. 3. cap. 4. Itaque Commendatarij pro illo anxij esse non debent: quod enim ad fidelitatem attinet, nihil importat aliud, quam sub Regis se subiectione futuros; eum & non alium pro tali recognoscendo, neque contra ipsum aliquatenus insurgendo. Hoc autè nullam in illis ingenerare debet anxietatem, quando etiam Commendatarij non essent, eo esse animo deberent, vt sunt omnes Regij va-

falli, quibus fidelitas vita ipsa charior est, singulari illa Hispani sanguinis praerogatiua in iis, qui ad primitiuam Coronam spectant, de quibus celeberris ex nostris Poeta illis versibus, quos pueri haufimus:

El que suere español no lo consienta,
Y mas el que ha nacido Castellano,
Y en las reliquias, y valor sequenta,
De aquel famoso Principe Asturiano.

Vega.

Quoad alia verò vix est aliquid, quod esse onerosum queat; equum enim, & arma habere, vt si vocatus fuerit, praesertim adit, minime potest esse molestum iis, qui ad equestrem se classem spectare sciunt, & iactant; unde & regni defensionem nequit illis esse grauis, ad quam nobiles praesertim prouocantur; quia plus habent, quod possint amittere, unde ipso naturae pondere, ad id videntur incitari. Et quidem aut commode adesse defensionem possunt aut non. Si Primum: magni facienda occasio strenuitatis, industriae, & fortitudinis ostendat, sicque amplificandi merita, vt maiores à Rege honores & utilitatum augmenta consequantur. Si Secundum, mittere alium pro se possunt circa quod Dom. Solorzanus sapienter disserit Cap. 23. citato num. 96. & seqq. & Cap. 25. Politicâ. Id autem quod addit, num. 97. feudatarium neque per se, neque per substitutum seruire teneri, si paratus sit soluere domino dimidiam partem redditus feudi vnus anni, contra fidem iuramenti non est, quia, vt dixi, iuramentum obligat secundum receptas Doctorum

Iuramentū dictū nō ampliā obligatiōnem.

ctorum opiniones circa modum obligationis; se- cluſo ergo iuramento, videndum eſt quid proba- biliter fieri aut non fieri poſſit; & eo addito nul- la circa id creſcit obligatio; quia iuramentum vt diximus Titulo precedenti cap. 1. non ampliā obli- gationem, ſed ſtrictiorem reddit eam, quæ aliās grauius vrgebat: non eſt ergo, vt dixi, cur Com- mendatarij de iuramento eſſe anxij debeant, licet eius obligatio magna ſit, quando nihil ratione illius moleſtum accidit, quod aliās non ſit ſpontē & laudabiliter faciendum.

Circa ha- bendos eq- uos & ar- ma que obligatiō.

3 Quid ergo cum equis, & armis adfuturos ſe prælio iurant, non arguit obligationem ha- bendi equos, & armā ſpecialia in conſcientiā eſſe grauem, ſi quando ſe obtulerit occaſio, commo- de poſſint habere prædicta. Quamuis fortē poenā aliquā affici poſſint, ſi ea non habeant, vt de mo- re eſt apud tales habere. Et obligatio præſertim ceſſabit, ſi Commendatarij in eā iam ætate ſit, aut talibus corporis impedimentis, vt ſeruire per ſe ipſam nequeat; vel paratus mediā partem annui redditus ſoluere, vbi id in uſu fuerit. Quod quidem tunc præſertim intelligendum, quando de Regni deſenſione agitur ob externos hoſtes in- gruentes; quia verò in Indiis timeri incurſus ab ipſis indigenis poſſunt, & Commendatarij iurant deſenſuros ſe præſertim Prouinciā, in quā eſt illorum Commenda, videri alicui non immerito poſſet Commendatarios teneri equos, & arma in promptu habere. Quod quidem in partibus vbi tale aliquid timeri poſſet, ita videtur aſſerendum; ſecus in alijs vt ſunt multæ pace altiffimā per- fruentes. Et hoc certē quā ſit neceſſarium, damnis frequentibus experimur, dum ita ſecuri, & imparati agimus, acſi nihil poſſet aduerſum pertineri, & fauenti quidem maniſeſtiſſimē Deo, victores ſæpius euadimus, vincendi penitus, ſi munitiones noſtræ cum apparatibus hoſtium in- gentibus componantur. Et dolendum profectō eſt regna aded opulenta, quorum diuitijs orbis vniuerſus exiſtat, omni ſecuritatjs munitas non eſſe præſidio, quorumque ciuitates muris poſſent argenteis roborari. Et Reges quidem noſtri ſatis id prouidenter gubernatoribus iniungunt; qui ta- men, vt theſaurus, quos in Hiſpaniam tranſmit- tunt, reddant ampliores, præſidiarijs ſumptibus parcunt, & leuis gratiæ captandæ ſtudio, quod eſt potiſſimum derelinquunt; augendis attenti- riuiſis, eorum fontibus prætermiſiſis. Et poſſem ſpecialia quædam hoc ipſo, quo hæc ſcribo, tem- pore ſub oculos occurrentia, & miniſtrorum Regiorum circa militarem paraturam, minus fidelem induſtriam, ac boni publici detrimen- ta traducere: parco tamen quia non omnium hæc culpa eſt, & quæ dixi, ſatis eſſe poſſunt, vt aperiant oculos qui ad res iſtas debent attentius vigilare.

Circa præ- ſidia Indi- arū incuria dolenda.

4 Quod ſi ad deſenſionem Prouinciæ, in quā commendam poſſident, præſertim tenentur Commendatarij, ſpecialiſſimā quādam ratione id agere debent circa Indos, quos ſibi commendatos habent, vt ſcilicet eos omni ſollicitudine deſen- dant, & eorum quietum ſtatum ſtudeant pro- viribus contutari, & ad hoc quidem obligatione grauiſſimā conſcientiæ obſtrictos eſſe dubitari nequit: proterea namque Regia cura circa præ- dicta ad eos traducta eſt, vt quæ in Rege eſſe ſpe-

Teneri ad Indorum deſenſionē Commenda- riaris: vt iuramenti.

cialis circa omnes poteſt, cum cōmunis omnibus ſit, in ipſis ſit peculiaris, & ita commune bonum valeat melius promoueri. Vnde iuramentum ad hoc etiam videtur extendi; licet de militari tan- tum obligatione, cum bellum inſtat, procedere videatur. Pro quo facit id, quod habet Dom. Solorzanus Lib. 2. cap. 24. num. 1. & Cap. 25. num. 32. & in Politicā Pag. 425. Col. 2. vbi ait in Com- mendis conſtituendis à piſſimis noſtris Regibus non minus, immo magis curatum, cautumque fuiſſe, vt Commendatarij Indorum in ſe clientelam reciperent, & ſpiritualem ſalutem tempora- lemque curarent, vt potē miſerabilem, & multis iniurijs atque captiuitatibus expoſitorum; quā militare ſeruitium, & Indicarum Prouinciārum initionem, quod maximum Commendatariorum onus eſſe videtur. Cum ergo in iuramento ſpecialis mentio Prouinciārum, in quibus Commenda exiſtunt, habeatur, ex eo apparet maniſeſtum illius obligationem ad talem deſenſionem exten- di; aliās Regum piſſimorum prouidentia circa punctum grauiſſimum claudicaret. Et ita ex An- tonio de Leone affirmat Dom. Solorzanus ſupra num. 39. & Cap. 25. num. 32. & in Politicā Pag. 425. Col. 2. qui & obſeruat adhuc in titulis Com- mendatariorum antiquas clauſulas de Indijs in fide inſtruedis apponi, & iurari, ob ſignifican- dam obligationem prædictam, licet Rectores ha- beant pro eiſdem. Pro quā ſit vltra.

cialis circa omnes poteſt, cum cōmunis omnibus ſit, in ipſis ſit peculiaris, & ita commune bonum valeat melius promoueri. Vnde iuramentum ad hoc etiam videtur extendi; licet de militari tan- tum obligatione, cum bellum inſtat, procedere videatur. Pro quo facit id, quod habet Dom. Solorzanus Lib. 2. cap. 24. num. 1. & Cap. 25. num. 32. & in Politicā Pag. 425. Col. 2. vbi ait in Com- mendis conſtituendis à piſſimis noſtris Regibus non minus, immo magis curatum, cautumque fuiſſe, vt Commendatarij Indorum in ſe clientelam reciperent, & ſpiritualem ſalutem tempora- lemque curarent, vt potē miſerabilem, & multis iniurijs atque captiuitatibus expoſitorum; quā militare ſeruitium, & Indicarum Prouinciārum initionem, quod maximum Commendatariorum onus eſſe videtur. Cum ergo in iuramento ſpecialis mentio Prouinciārum, in quibus Commenda exiſtunt, habeatur, ex eo apparet maniſeſtum illius obligationem ad talem deſenſionem exten- di; aliās Regum piſſimorum prouidentia circa punctum grauiſſimum claudicaret. Et ita ex An- tonio de Leone affirmat Dom. Solorzanus ſupra num. 39. & Cap. 25. num. 32. & in Politicā Pag. 425. Col. 2. qui & obſeruat adhuc in titulis Com- mendatariorum antiquas clauſulas de Indijs in fide inſtruedis apponi, & iurari, ob ſignifican- dam obligationem prædictam, licet Rectores ha- beant pro eiſdem. Pro quā ſit vltra.

CAPVT II.

Obligatio tuendi Indos in Commenda- riaris expenditur: & quid de iis, qui in Hiſpaniā degunt.

5 Obligatio ſanē grauiſſima eſt: & licet indicata dudum, eam oportet magis ex profeſſo demonſtremus: nec dilucidius id præſtari poſſet, quā verbis Regiæ Schemulæ Ann. 1555. ad Limanam Audientiam directæ, in quā ſic: Porque ya ſabéis que el origen de eſtas Encomiendas fue reſpetando ſiempre el bien de los Indios, para que fueſen doctinados en las coſas de nueſtra ſanta Fe Católica, y para que los tales Encomenderos recibieſen cargo de la tal Doctrina y deſenſa de los Indios, que les eſtán encomendados, para no los dejar mal tratar en ſus perſonas y haciendas, y los recibieſen en Encomienda para que ningun agrario recibieſen, y con eſta carga ſe los dieron, y han dado ſiempre, y es cargo conexo à la En- comienda; de tal manera, que enno cumpliendo, ſerian obligados à reſtituir lo que lleban, y es legitima cauſa para los prinar de las Encomiendas, &c. Ex quibus conſtat obligationem iſtam talem eſſe, vt pecca- tum mortale ſit circa curam huiusmodi dormita- re. Nec dici poſſet plus centum iam elapſos an- nos ab huius reſcripti tranſmiſſione, & varias cir- ca Indorum regimen diſpoſitiones rigorem obli- gationis dictæ mitigari: nam Indijs ad curam ſpiritualem dati Parochi, ad politicam gubernationem & tuitionem Prætores, & Commenda- rios iuſſos à commendatis ſibi populis remotos degere, in vrbibus ſcilicet Hiſpanorum, quæ ſunt Commendis propinquiores: ex quibus videtur obligatio prædicta ceſſare.

6 Sed

Non eſſe ſa- lum in or- dine ad de- ſenſionem Prouinciæ, ſed ad om- niam Indorum deſenſionem.

6 Sed certē non ceſſat: nam quod de Pa- rochis dicitur, nihil euincit, cum maniſeſte con- ſtet illis etiam temporibus Parochos fuiſſe, licet pauciores, quā opus eſſet pro mæſſe aded copioſa. Et quandoquidem in Parochis ipſis eſſe circa munus ſuum damnabilis negligentia poteſt, Commendatariorum ſollicitudo merito à Regibus noſtris exigitur: vt ſi quid tale deprehenderint, remedium apud eos requirant, à quibus poteſt adhiberi. Quod autem ad Prætores attinet, maniſeſtus eſt, cum exploratum ſit, Indos ab ipſis ſolitos hoſtiliter diuexari: vnde actum eſt ali- quando, an magis expedire eos penitus tolli, & alium modum gubernationis induci, vt teſtatur Dom. Solorzanus ex P. Acosta, & alius Lib. 4. Cap. 2. num. 4. quia eorum multi peiores in ſuis Prouincijs ſunt quā pyrææ, & prædones eas inſeſtantes, iuxta eundem, num. 7. non erit ergo circa hoc Commendatariorum ſollicitudo merito à Regibus noſtris exigitur: ad quam quidem ex ciuitatibus, in quibus degunt, poſſunt attendere, cum ad eos frequenter Commendati veniant, ex quibus poſſunt eorundem vexationes agnoscere; licet cautelā opus ſit, nec facilē fides eorum querelis adhibenda, niſi quando prudens circa illas poſſit iudicium eſſormari. Et pro his quidem videri etiam poteſt Dom. Solorzanus Lib. 2. Cap. 24. num. 29. & ſeqq. vbi bene attendit quomodo ex Parochorum, & Prætorum deſignatione non ceſſauerit ea, de quā loquimur, obligatio; quod & tenet Antonius de Leone de Regijs Confirmat. 1. p. Cap. 25. n. 35.

Explicatur ea, ad qua illam oportet exten- di.

7 Deſenſio autem multa complectitur, de quā hic præſertim agimus, & ita ad illa omnia ſe extendit, in quibus Indos vexari contigerit, & patrocinio quomodolibet indigere; etiam vexatio aut moleſtia à Regio Conſilio proueniat: poſſunt enim diſpoſitiones aliquæ inde procedere, ex incertā rerum maximē diſtan- tium notiā, quibus oportet obluſtari. Quod ſi etiam ad hoc pecuniā indigeant, & ſuccurrere Commendatarij poſſint, id debent facere, quia quidquid ſic expenderit, recuperare poſſunt; cum præſertim Indi in ſuis negotiationibus tenuis expenſas faciant. Hac de cauſā Commendatarij quidam his proximis annis, cum videret Commendatis ſibi terras auferri, quas diu poſſe- derant, & aliās minimē æquales tribui, iudicium ad compositionem terrarum deputatorum ſententiā, vnde illi migrare aliō cogebantur: ſuā pecuniā illas per compositionem obtinuit, & Commendatis tradidit. In quo quidem licet illis ægregiē benefecerit, ſuum tamen negotium egit, quandoquidem eo pacto Commendati in ſuis remanſere ſedibus, & ita Commendatario ſuo vtilis eſſe impoſterum, ſicut fuerant antea, potuerunt: & hoc quidem Commendatarij aduertere ſemper debuiffent; quidquid ſcilicet com- modi Commendatis accurent, in ſuimetipſorum commodum redundare: quemadmodum in agri- colæ commodum cedit quidquid opportunē cultui plantarum impenditur. Ex quo habetur etiam Commendatarios grauius peccare, ſi ad ſe accedentes auſterē Commendatos excipiant, & ſatiſdioſe repellant, ipſi querelis tædiati; ſic enim illi non audebunt deinceps ad eorſdem pro remedio miſeriarum ſuarum accurrere, & ita obligationi primariæ protectionis & deſenſionis

deerunt, qui & humanis & diuinis ad illam iuri- bus perurgentur, ex contractu ſcilicet cum Re- ge & iuramento: ſunt namque Indi puſilli cor- dis, & formidolofi ac pauidi; vnde repulſi ſemel vix habebunt vnquam animum reuertendi. Au- diant diuinum ſpiritum dicentem illis: Congrega- tioni pauperum aſſabilem te facito, Eccl. 4. v. 7. Quæ verba peculiarem continent energiam: non enim iubet vt aſſabilem ſe quiſque exhibeat, ſed vt faciat: vt ſcilicet ſi aliās homo auſterus ſit erga pauperum congregationem nihil tale præfe- rat, ſed naturæ vim faciat, & hoc non erga vnum aut alterum, ſed erga Congregationem. Et quis non videat Indorum populū, aut eorum tri- bum, Commendatario traditos, congregationem eſſe pauperum, erga quam Commendatarij aſ- ſabiles ſe præbere debeant, quia pauperes, & ingenio pauidi & ſuæ aliās clientelæ? & ita mul- ticiplici ex capite obligatio vrget eos benignē & amicabiliter excipiendi. Vbi integrum poterat Concilij Limenſis Caput ex ſcribit. Tertium videlicet A. 3. quod mirē in præſentem cau- ſam cadit: ſed vt totum non demus, eius portio minimē ſubtrahenda, dum ſic ait: Nihil eſt in harum Indicarum gentium prouincijs, quod Ecclēſiæ Præſides, ceterique miniſtri, non Ecclēſiaſtici modo, ſed etiam ſeculari potentia inſignes, à Chriſto ſummo E- piſcopo ac Rege animarum ſibi vehementius commenda- tum exſtimare debeant, quā vt huic nouo tenero- que Dei gregi paternum affectum, curamque pro ſpiri- tuali & temporali eorum neceſſitate, prout Miniſtros Chriſti decet impendant: & certē harum gentium man- ſuetudo, & perpetuus ſeruiendi labor, & naturalis obe- dientia, atque ſubiectio, quos ſuis homines, quantumuis ſeros, mouere iure poſſit; vt eos deſendendos potius ar- birerentur, quā improborum prædam eſſe paterentur. Quapropter dolens impendit ſan. ſa Synodus, &c.

Eccl. 4. v. 7.

Concilium Limenſis 3. quantum benignam Indorum commendet tractationem.

8 Et propter obligationem deſenſionis alia eſt Commendatarijs impoſita, in ſuis ſcilicet Prou- incijs reſidendi, & in vrbibus Commenda pro- pinquis: de quo latē diſſerit Dom. Solorzanus Lib. 2. cap. 25. & in Politicā Lib. 3. cap. 27. & obligationem talem ad conſcientiam ſpectare, & ſub mortali conſtringere, non videtur poſſe du- bitari: nam cum eo onere Commenda tribui- tur, & deſenſio Prouinciæ cum Indorum pro- tectione iuratur: neque obligationi deſenſionis ſatiſferi poteſt, ſi abſentia protrahatur: vnde & obligatio reſtitutionis inſurgit, ſi Commenda redditus abſentes imburſarint. Pro quo ſunt maniſeſta Regij reſcripti verba, de quo n. 3. De tal manera que no cumpliendo, ſerian obligados à reſtituir lo que lleban. Atqui abſentes nequeunt imple- re quod in præſato reſcripto habetur, vt eſt in ſuperioribus explicatum: tenentur igitur ad re- ſtitutionem. Neque ad communem doctrinam de lege pœnali poteſt eſſe recuſus, quæ antē ſententiam non obligat; quia id non habet lo- cum quando pœna imponitur ob defectum o- peræ, cui eſt ſalarium aut pretium aſſignatum, vt in præſenti contingit, & diximus Titul. præced. num. 29.

Commenda- rios ſub mortali ad reſidendum ſibi aſſignatam tenori.

Socijs fa- cientium obligatio reſtitutio- nis.

9 Poteſt autem ad abſentiam licentia con- cedi non ſolum à Rege, ſed etiam à Prorege & Gubernatoribus, vbi illi ſupremam habent po- teſtatem: ea tamen nequit niſi ex iuſtis cauſis peti, ſicut neque concedi. Cum verò tempus breue

Licentiam pro abſen- tia quæ da- re poſſit.